Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

In dieb' ill' Neman princeps militiae regis · l · l regum · fr̃ · ij ·
Syriae erat vir magn' apud dnm suũ & honorat'. Dilectus enim
dedit dns salutem Syriae. Erat autem vir fortis & dives: sed leprosus.
Porro de Syria egressi fuerant latrunculi: & captiuam duxerant de terra isr'l puellam puulam que erat in obsequio uxoris ne
man. Quae ait ad dominam suam. Vtinam fuisset dns ms. ad pro
phetam qui est in samaria: profecto curasset eum a lepra qua habet.
Ingressus est itaq; neman ad dnm suum: & nunciauit ei dicens.
Hic & sic locuta est puella de terra isr'l. Dixitq; ei rex Syriae. Vade
& mittam litteras ad regem isr'l. Qui cum profect' esset. & tulisset secum
decem talenta argenti. & sex milia aureos. & decem mutatoria
vestimentorum: detulit litteras ad regem isr'l ihet uba. Cum accepisset
eplam hanc: scito qd miserim ad te neman seruum meum. ut
cures eum a lepra sua. Cumq; legisset rex isr'l litteras: scidit ves
timenta sua & ait. Numqd ds sum ego ut occidere possim & viuificare:
quia iste misit ad me ut curem hominem a lepra sua: Nunc
aduertite & videte: qd occasiones quaerat aduersum me. Qd
cum audisset helisaeus vir di scidisse vestimenta regis isr'l uesti
menta sua: misit ad eum dicens. Cur scidisti vestimenta tua:
Veniat ad me: & sciat prophetam esse in isr'l. Venit ergo ne
man cum equis & curribus: & stetit ad ostium domus helisei. Mi
sitq; ad eum helisaeus nuntium dicens. Vade & lauare septies
iordane: & recipiet sanitatem caro tua atq; mundaberis.
Iratus neman: recedebat dicens. Putabam qd egrederetur ad me: & stans inuocaret nomen dni di sui. & tange
ret manu sua locum lepre. & curaret me. Numqd non meliores
sunt abana & pharfar fluuii damasci omnibus aquis isr'l: ut
lauer in eis & munder: Cum ergo uertisset se & abiret indi
gnans: accesserunt ad eum serui sui. & locuti sunt ei. Pater: &
si rem grande dixisset tibi prophta. certe facere debueras:
quanto magis quia nunc dixit tibi. lauare & mundaberis: